



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni  
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

De templo quod magnus Constantinus Hierosolymis in Golgatha condidit,  
& eiusdem dedicatione. Cap. XXV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12718**

scripseruntq; ad alios oēs vbiq; episcopos, vt minime cum Athanasio cōmunicent, neue ad eū scribāt, neu ab illo literas accipiāt: quandoquidē & criminum, de quibus certiores facti fuissent, cōuictus erat, & partim fuga, partim quòd causam suā in iudicio agere recusauerat, reus deprehēsus. Præterea per literas ostēderunt, se ad eiusmodi sententiam cōtra eum pronunciandā ideo impulsos, primum quòd ægre admodū ferebāt, q̄ cum imperator anno præterito dedisset mādatum, vt episcopi Oriētis eius causa Cæsareæ in vnum cōuenirent, ipse nō eò accesserat, idque cum videret cōcilium lōgo tēpore ipsum expectādo fatigatum, quodq; etiā imperatoris mādata cōtēpserat. Deinde quòd cum per multi episcopi Tyrum cōuenissent, hominum multitudine stipatus eo venerat, & turbas ac tumultus in concilio excitarat, modò pro se respondere tergiuersando, modò episcopos sigillatim contumeliosonerando, interdum cum vocaretur ab illis, dicto ipsorum minime audiendo, aliquādo iudiciū subire indigne & grauitor ferēdo. Quia etiā plane cōpertum esse, quòd calicē mysticū fregerat, declararūt: testesq; ad eam rem adduxerunt, Theognidē Nicææ episcopū, Marin Chalcedonis, Theodorū Heracleæ episcopum, Valentē itē, Vraciū & Macedoniū: quos quidē se misisse in Aegyptū dixerūt, eo cōsilio, vt cū in pagū venirent, vbi calix fuerat cōfractus, verū elicerēt. Hæc scripsere episcopi, singulaq; crimina, vt mos forensis fert, perstrinxere, dedereq; operā, vt calumniā Athanasio, velut arte quadā cōtexerent. Verū cōplures sacerdotes, qui aderāt in cōcilio, hoc iudicium minime sycerum esse existimarūt. Et ob eā causam dicitur Paphnutiū confessorē, qui cōcilio interfuit, prehensisse manum Maximi episcopi Hierosolimitani, monuisse vt surgeret. Nam non oportere se, cum essent cōfessores, & pro pietate tum oculos effos, tum pedū flexus debilitatos haberent, concilio hominum perditorum cōmunicare.

*De templo quod magnus Constantinus Hierosolymis in Golgatha condidit, & eiusdem dedicatione.*  
CAP. XXV.

**D**Vm hæc gerūtur, circiter trigesimū annū imperij Cōstantini, cū tēplū Hierosolymis quod magnū vocabat in

SOZOMENI HISTOR.

Caluariz loco extractum esset, Marianus, vir nobilis, & scriba imperatoris, accedens Tyrum, cōcilio tradidit literas, quibus erat mandatū, vt episcopi quā maturrimè Hierosolymam peterent, nouumq; templum consecrarent. Quinetiam istud quoq; (sic enim sectū ante deliberauerat) necessariū putauit, vt episcopi, qui tyri in vnū cōuenerāt, lites inter ipsos susceptas primo omnium dirimerent: sicq; deinde à discordia & offensione animorū purgati, ad templū dedicandum se conferrent. Nam concordia sacerdotū tali festo peraccomodatā esse. Itaque episcopi cōrendunt Hierosolymā, & non templum solum, verū etiam thesauros & monimēta ab imperatore illuc missa consecrant: quæ ad hoc tēpus in eo templo manent reposita, multumq; admirationis propter suam magnificentiam & amplitudinem spectatoribus excitant. Ex quo tēpore ecclesia Hierosolimitana quotannis diem festū splendide admodū celebrat: adeo vt in eo initiationes sacrorum peragantur, & dies octo deinceps cōuentus fiant, cōpluresq; ex omnibus totius orbis terræ partibus, qui vndique ad sacra loca visenda cōfluere, tempore, quo hic dies festus celebrabatur, eo conuenirent.

*De presbytero qui in animum induxit Constantino, vt Ariū & Euzoium ab exilio reuocaret, & libello de illorum fide, & quomodo Arius à cōcilio quod Hierosolymis coinerat, rursus in cōmunionem acceptus fuerit. CAP. XXVI.*

**E**odem tempore Ariani tempus idoneum nacti, laborabant, vt conciliū episcoporum Hierosolymis cogeretur, & Arius atq; Euzoius in cōmunionē reciperentur. Ad quā rē audacius suscipiendā tali causa fuere inducti. Presbyter quidā erat forori imperatoris per familiaris, doctrinæ Arianae laudator, verū quod illi sectæ fauebat, primo omnes celare nitebatur, sed lōgo tēporis spacio dilapso, cū maiore necessitudine cū Cōstantia (hoc enim forori Imperatoris nomē fuit) cōstasset, nactus animi fidertiam, liberè cū ea colloquitur, queritur Ariū patria iniuste pulsum esse, & inuidiæ priuatarūq; inimicitiarum causa ec-  
clesia